

FAMA POSTHUMA

Viri

*Admodum Reverendi, Clarissimi
& Doctissimi*

Dⁿ. FRIDERICI
SCULTETI,

Sacro venerabilis Ministerii Munere
ultra sæculi dimidium,

*piè, fideliter, laboriosè, laudabiliterq̄
perfuncti,*

Amicorum, Affinium,

Filiorumq̄; versibus
jure merito celebrata.

Vratislaviæ, Typis Georgi Baumanni.

CHARTEUM MONUMENTUM
MARMOREI VICEM.

Viator perchare,
Tamenetsi celeri forte an sis curriculo,
mane sodes paulisper.
Quæ tecum Lapis hic loqui habet, actutum expedibit.

Hic situs est

FRIDERICUS SCULTETUS

Gregis Christiani in Seitendorff & Râtschdorff
Pastor, si quisquam alius, emeritus.

Hic Hirschbergæ,

anno Æræ Christianæ vulgaræ supra sesquimillesimum uno
& septuagesimo a. d. vii. Cal. Octobres,
Honestissimis Probatissimiq; exempli Parentibus natus,
cum â pueritiâ, ad studiorum ingenua,
non modo summâ Parentum voluntate cohortationeq;
sed & propriæ impulse indolis,
mirificè incitaretur;

nihil sollicitius agere coepit ac circumspectius,
quam ut ad sibi propositum solidæ eruditionis fructum,
non finem solum, perveniret.

Et, opitulante Numine eò pervenit.

Etenim post juvenes illas curas, laboremq; litterarium,
primùm in Scholis patriis, Urbicâ pariter & domesticâ;
post deinde in Vratislaviensium Elisabethano Gymnasio per quadriennium,
tandem in Viadrino Athenæo per triennium,

laudabilius perincertum an felicius exantlatum,
ad Venerandi Ministerii functionem legitime arcessitus,
initio quidem in Bulconis Luceo triennium, & quod excurrit, Diaconus;
postmodum verò in Agris modo nominatis, Seitendorffensi &
Katzschdorffensi, ij sos undequinquaginta annos Pastor,
ita sese gravi hoc atq; arduo officio fungi studuit,

ut

ut, secundum Divini Numinis gloriam,
Gregis suæ fidei industriæq; concrediti salutem unam atq; unicam,
& mera Dei oracula predicando,
& venerabilia Christianæ Religionis mysteria dispensando,
& vivida in ærumnis solatia suppeditando,
& ad piam probamq; vitam capessendam cohortando,
& pro commertâ noxiâ exerrantes concastigando,
quæreret:

Interim omnem ætatem,
in Pietate, Continentiâ, Modestiâ, Patientiâ, Concordiâ,
coeterisq; Viro Theologo dignis Virtutibus,
degere instituens,
ut nequo modo, quâ aliis predicaret, ipse rejectane⁹ fieret.

Cætera,

quum exploratissimum ipsi esset, lutum,
Honorabile esse inter quosvis Conjugium, & cubile impol-
ut huic etiam Divinæ ordinationi obtemperaret,
faciendum sibi duxit.

Unde Nuptiarum solemnibus ter adornatis,
cum primâ quidem, annum & paulo ampliùs unius, Filix;
cum secundâ verò, annum paulò minus;
cum tertiâ deniq; Uxore, ipsos octo & quadraginta annos,
septenùm liberùm Pater,
citra dividias discordiasq;
vitam egit:

ab eâq; tandem,

anno Christiano cl^o lxx CXLIIIX.

a. d. XI. Cal. Quintileis,

qui ipse dies erat Coenæ illius Magnæ,

ad quam suos Auditores

omni muneris sui tempore, ministeriali operâ, identidem vocaverat,
annos natus septuaginta septem,
pio placidoq; obitu emigravit.

A 2

Qui




Qui per dimidium, ampliusq; sacrum,
 Caeli Rege vocante, primùm in Urbe,
 Cui dudum célebre indidére nomen,
 Bulconis nemorosa Fana prisca;
 Seitendorfiaci deinde in Agri
 Viciniq; solo, fide & labore,
 Et curâ vigili, gregem sacratum,
 Vocis salvificæ cibarat almâ
 Escâ, SCHOLTZIADES PIUS, parenti
 Terræ deposuit senile corpus,
 Et charæ Soboli ex Parente Jovâ,
 Mentem tradidit, illius diei
 Puncto, quo colit annuos honores
 MAGNÆ Ecclesia Christiana COENÆ.
 Omni hanc omine rem carere dicat,
 Cui Lutheriades, Mathesiusq;
 Binæ Verbisoni chori columnæ,
 Defuncti temerè videntur, illum
 Cum Concordia mense Februorum,
 Lux sacra hunc juveni Nainitano,
 Conspxere solo eximi caduco.
 Ipse omni omine rem nego carere,
 Quin jam SCHOLTZIADES, ad alta cœli
 Qui duxit pia pectora Audientum
 Sano dogmate sat diu, subinde,

Ad

Ad MAGNAM, repetens, Venite COENAM,
 Quam vobis superus parat Monarcha;
 Quin jam SCHOLTZIADES mihi videtur,
 Post COENÆ DAPEM in Orbē GRATIOSAM,
 COENA ipsus frui in axe GLORIOSA.

*Pientissimo Seni,
 Amico candidè singulariterq; dilecto,
 nunc in aternis nuptiis apud AGNUM cœnati,
 FELICITER jure optimo acclamans,
 facieb.*

M. ELIAS MAJOR, P. L. C.
 Gymnasii Vratislaviensis Elisabetani
 Rector & Profesor, cæterarumq;
 ibidem Scholarum Inspector.



In obitum & abitum beatum
 & placidum
 Candidi & Sinceri olim Theologi,
 Reverendi adm.

Dn. FRIDERICI SCULTETI,
 Pastoris Ecclesiæ Seiten- & Kätzsch-
 dorffensis meritissimi.

Post exantlatos multos magnosq; labores,
 Restabat tandem sæpè petita quies;
 Hanc, multum Venerande Senex, concessit Jova,
 Quam tibi jam grator, nunc mihi sæpè precor:
 Quos his in terris bellum sejunxit Amicos,
 Hos iterum junget mox super astra Deus.

A 3

Interea

*Interea in Domino, Senior Venerande quiesce,
Numinis ad Summi velle sequemur; Amen!*

Hoc quale quale in honorem sanctis Manibus
& in gratiam filii Defuncti Rever. & Clariss.
Viri, Dni. FRIDERICI SCULTETI,
hactenus Pastoris in Herrnsdorf
fideliss. jam verò DEI & Illustriss. nostri
Principis gratiâ, Senioris in Herrnsdorf
destinati, Amici, Compatri & Vicini mei
certissimi apponere voluit

CASPAR TITIUS

Pastor Eccle. Wolaviensis & Ducatus Senior.

Dic, Venerande Senex! FRIDERICUS nomine PA-
Innuat, in terris PAX tibi an ulla fuit? (CEM
Christiloquis nunquam PAX est, & tempore PACIS,
Cum quo contendant, plurimus hostis adest.
In Cœlis tantum est SEDES firmissima PACIS,
Iu quâ non Martis, Mortis itemq; metus.
Hac in, Chare Senex, lacrumarum è valle receptus,
Cum Christo PACIS Principe Victor ovas.
Nos contrâ adversæ Sortis Syrtisq; procellis
Jactamur variis, PACE mori cupidi.
Audi, Jova Pater, quas presæ Ecclesia mittit
Pro PACE æternâ ex pectoris arce, preces!
De propera mundo finem, da præmia servis
PACIFICIS, quibus hic gratia parva, tuis.

In Venerandi & pii hujus nostri piè defuncti Senis hono-
rem & memoriam pauca hæc addere volebam

ESAIAS SCHRÆER

Ovium Christi in agris Golavv & Schal-
ckavv annos XL. Pastor.

Ad

Ad pientissimum Myrtam & Seniore,
DN. FRIDERICUM SCULTETUM &c.
b. in DOMINO dormientem.

OVenerande Senex, magnâ cum laude coronam,
Quam CRINES CANOS Pagina dia vocat, ^{Prov. 16,}
Gestasti in mundo, Vitam cum dogmate sacro ^{31. cap.}
Conformans! Ah quid pulcrius esse potest? ^{20, 29.}
Post hanc gestatam, gestanda corona, coronam,
Gloriæ erit, Vitæ, Justitiæq; Tibi.
Hanc Tu gestabis certè cum laudæ coronam,
Majori in cœlis, o Venerande Senex!
Gestet & hanc, gestet, Gnatus tuus ille coronam,
In mundo; Gnatus, cui Jova, cuiq; favet
Pro-Rex Slestadium, Lygius Dux inclytus, indeq;
HERNSTADII PASTOR sistitur & SENIOR!
Sic & gestabit summâ cum laude coronam,
In cœlis, quæ ipsi, quæq; parata PIIS!

Lectopodagr. adfixus
condol. scribeb.

MARTIN HAUSCHILD T Munst.
Eccl. Wincing. Diac. Primar.

Epigramma

in

Obitum,

Boni & Fidelis Christi Jesu Servi,

FRIDERICI SCULTETI

olim

in Seitendorff & Râschdorff
Pastoris emeriti,

Annis

Annis
officij, Quinquagesimo & tertio,
Vita, Septuagesimo & septimo,
ferè completis;

In Domini sui gaudium intrantis.

SCHOLTZIUS ille, fide pius, ille labore fidelis,
Intrat supremi gaudia sancta Patris.
Hoc Fidei precium, merces hæc una Laborum est,
quâ CHRISTUM docuit, quâq; secutus erat.
Septem nam decies & septem circiter annos
munus grande sequi, grande docere fuit.
Obtestor Te Vita Viri Doctrinaq; redde,
ut stetit à vobis Hic Labor; Hæc q; Fides?
Non Postillarum, quam præfert incubus, illa
absq; Labore Fides, aut Labor absq; Fide;
Sed quam Doctrinæ & rectæ concordia Vitæ
ore docendo probat, mente probando docet.
At nos Doctrinæ Vitamq; Fidemq; Labore
perdimus, exitio Plebs operosa suo.
Conscia Pars sacras nec quicquam respicit aras,
cæca suum poppas Pars veneratur opus.
Salvificam quis habet? (rem facti Pars negat olim)
Plures Historicâ Styx præit ipse fide.
Accusaturis perit acta laboribus ætas,
Est labor, infernum promeruisse, gravis.
Interea dum grande sequi, dum grande docere
Spernitur, atra docet se Libitina sequi.
CHRISTE VENI, Vitam Doctrina, Fidesq; Laborem,
Doctrinamq; Labor, Vita Fidemq; negat.

Electi

Electi circumveniuntur, & ipse Beatus
vix fugit exitii retia; CHRISTE VENI!
At Te, Sancte Senex, labes haut inficit ulla,
haut corpus (mirum!) Febris ut ulla tuum.
Jam Vitam sequitur Doctrina, Fidesq; Laborem,
Doctrinam veluti Vita, Laborq; Fidem.
In DOMINI, bone Serve, Tui Te gaudia conde,
Et frueri immenso, Par similisq;, DEO.
Rerum summa Quies tumultata perambulat ossa,
atq; suos Cineres mulcet habetq; sopor.
Interea DOMINUS venit, exporrecta vicissim
corpora cum sanctis tunc animabus erunt.
Patria cœlestis nos suscipe, regula Pacis,
quod vetuit bellum, si dabit EXILIUM.

DAN. CZEPCO.

Qualis Olympiaci collecto pulvere Circi
Nobilis & palma Cursor amore frequens,
Confectus senio, finito carcere cursus,
Dum cadit in metæ limine Victor Equus;
Totius applausum Ludi virtute meretur,
Cum sesfore suo digna brabêja tenens.
Talis, fortunate Senex, Verbiq; Minister
Salvifici, exacto carcere Cursor abis.
Qui per lustra decem, junctis trieteridos horis,
Parvisti sacrum Pastor Ovile DEI.
Ac per lustra novem concordia fœdere tecum
Conjugii, Conjux Tertia Caja fuit.


B

(Namq;

(*Namq; domum primò ductam, sociamq; secundam,
Atropos injectâ præscidit atra manu.*)
Cetera quæ præter Gentis bona fulcra, FRIDRICUM
Hunc Patre majorem, Patre vorvente, dedit;
Ergò tibi duplex obtingit adorea palma,
Publica de cælo, privataq; parta domi.
Illa quidam gratis data, Numine dante Brabeutâ,
Quod niteas veluti sidus in axe novum.
Hæc viget in terris, famâ cantante per orbem,
Quod superet Gnato se potiore Pater.

VV. RR. CLARISS. q;
FRIDERICORUM SCULTETORUM
Patris & Filii; Illius Memoriam, Hujus
Honoris, ex Lege Amicitiam post fata vi-
cturæ, hoc quaecunq; Pietatis officium,
exhibere voluit, debuit.

CHRISTOPHORUS COLERUS.



Longa quidem, Venerande Socer, Tibi tempora
Vitæ
concessa, at sincerus amor, quo viximus, omni
major amore, velit plures feliciter annos.
Lis exorta Tibi nulla est, lis nulla mihiq; (num
jam quo major amor, dolor hoc quoq; grandior; U-
me tamen erigit hoc, rursus jungemur amantes.
Terra domus non est animis accommoda nostris,
omnibus hinc iter, & metam properamus ad unam.
I Sol, i propera, citò curre, albescat ut illa
lata dies, & amœna dies, revidere beatum


quæ

quæ faciat Socerum; si sit substantia Cræsi
Mygdoniivè Midæ si sint mihi fulva metalla,
quam non mutarem: Vita hæc est plena dolorum,
omnia sunt hominum vili suspensa capillo;
Illic sed constans Vita est, secura quiesq;,
nullus ibi labor, aut dirus dolor, exulat omnis
luctus ibi, & fixam nova sedem gaudia complent,
Interea ultima adhuc sumas hæc oscula, donec
Angelico nos Jova choro cum fœnore jungat.

In communi luctu

f.

MARTINUS REICHSTEIN Hirschb.
Pastor in Ludwigsdorff.



Tandem, post varios Vitæ super orbe Labores
SCULTETUS placidâ Morte peremptus obit!
ILLE SENEX, benè qui ductæ sub Flore Juventæ
Pirithous Patri gestiit esse meo.
Breslis amœna, Vadum Viadrinæ Francidos olim,
Et Patria, integrè vidit amare Duos.
Ut Theseus, propèter denis præcesserit annis,
Emensus vitæ, Fata querentis, iter:
Nil tamen integro quicquam decesit Amori,
Quin fidum coleret Thesea Pirithous.
In vivo coluit Patris sub imagine, Gnato:
Quem voluit Geminum Pirithoum esse suis.
Hoc studet is meritò. Nam fas est pendere Gnatos
Quam Patribus Patres exhibuère, Fidem.


B 2

Fas

Fas est, in Gnatis, Flos instauretur Amoris,
 Quo prisca Fidei se recreare Patres.
 Interea memori transcribet Nomina Famæ,
 Ut, Letho functum, charta loquatur Anus.
 ILLE SENEX SCULTETORUM Laus ardua Gentis;
 Quem Seitendorpi Turba dicata DEO,
 Quemq; alibi coluit; Cæli Mystera fassum,
 Tres Annos, ultra Lustra peracta decem;
 Lustra decemq; & quina; duos etiam insuper annos
 Latatum, Vita prosperiore frui;
 Et propè Lustra decem garvisum conjuge ternâ;
 Ille fuit Patri Thesei Pirithous.
 Cum fuit, ut Pater ante fuit; voveo intima Gnatus:
 Et Patri & Patris sit bene Pirithoo!

Debiti honoris & contestandæ
 Christianæ Sympathiæ, memorisq;
 à Patrum ætate antiquæ Fidei,
 Mentis ergò scrib.

M. VALENT. KLEINWECHTERUS
 Gymnas. Vratisl. Magdalen.
 Professor & Conrector.


 Gloria magna Senum, spectes seu dogmata Jhovæ,
 Seu volvas cupida Scripta profana manu.
 Mactat honore Senem juvenis, loca prima relinquens,
 Divino jussu, surgit amore Seni.
 Huic Gravitas ingens manet, Experientia multa,
 Vidit enim varias sorte rotare rotas.

Et quia multa homini semper dat scire Vetustas,
 Consilium faustum ruga senilis habet.
 Felices nimium, queis contigit alba senecta!
 Porta Mali senium, sed quoq; porta Boni.
 O Venerande senex SCULTETE, quid amplius optas,
 Grandævus placidè dum pia fata subis?
 Terra tuas laudes celebrat, sacra Tempa labores,
 Posteritas Famam, Calica te cta Fidem.
 Non senis est obitus, Gnatus cui ritè vocatus
 Illustri jussu est Herrnstadij Senior.
 Gloria sic remanet Genitori morte soluto,
 Gloria sic Gnato perpes ubiq; manet.

In memoriam emeriti SENIS,
 gloriam atatis SENILIS.
 gratiam designati SENIORIS:
 Filii Opt. Parentem lugentis
 Rever. Clariss. Friderici Sculteti,
 olim Jun. & simul Pastoris
 Herrn-Motshelnicensis vigilantiss.
 nunc v.
 ex Illustri Clementiâ & Decreto
 Senioris Herrn-Stadiensis dignissimi,
 tam Condolentiam contestaturus,
 quam Spartam hanc gratulaturus

appof.
 ANDREAS Gebauer
 Diacon. Wolav.



IDYLLIUM.


*S*ancta profanatam Pietas in visere terram
 Dignata errabat per latus omne soli.
 Sed nusquam poterat fidum reperire Molorchum,
 Cupus in attegias se penetratet inops.
 Omnes sic sensit Fraudem regnare per ades,
 Ferrea quam proles Numinis instar habet.
 Tandem descendens Sudetum ex Alpe reclini
 Per valles Nymphas tendit ad Elysias;
 Exilijs ubi continuis lassata resedit
 Ad crenam fontis, limpide Catte, tui.
 Huic Irenæus Prætor cognomine, Pastor
 Munere prostratam fortè jacere videt;
 Qui blandè exceptam vicinum ducit in agrum,
 Quem Seitendorpl cingit opaca Dryas.
 Ergò concinnas inibi sortita latebras
 Hospitis egregij tuta quievit ope.
 Scilicet ille tenax prisca virtutis amabat
 Mores, sub Cronio qui viguere duce;
 Et vitiorum hostis cælo sua quæq; probabat
 Lucisequas Domini pascere gnarus oves.
 Nec macula quicquam à vitioso traxerat ævo:
 Tam constans custos integritatis erat.
 Artibus his gratus superis florebat, amicâ
 Consumens vitæ cum Pietate dies.
 Ast aptus mortem terras migravit iniquas
 Deniq; Et annorum cesit in astra satur.
 Nunc ubi habet Pietas, postquam tam congruus ipsi
 Hospes supremum clausit in orbe diem?

In terris

In terris si restat adhuc, tumulata recumbit
 Hac, Irenæus quâ tumulatus, humo,
 Sed potius terris exclusa recessit in æthram
 Cultoris Manes concomitata sui.

Beatissimum senem ad instar Avi,
 dum vixit, cultum ultimo honoris
 officio profecutus hæc qualiacunq;
 lubens quidem sed lugens pro-
 fundebam.

M. Johannes Fechnerus.



Suo

Dn. FRIDERICO SCULTETO

obitum

Dn. Parentis Clariss. Theologi

lugenti & recolenti.

Est Pietas & Amor; celebris memoratio Justi,
 Cujus in æternum Nomen Honosq; vigent.
 Hinc merito sanctos luges, memorasq; Parentis
 Manes: longavi, Maeste Parentis, Honos!
 Per quinquagenos & trinos puriter annos
 Mystica Verba Dei Mysta Dei docuit.
 Jam vegetus septem complens & septuaginta
 Annos expirat suaviter astra petens.
 Qui duræ sortis, qui diri fulmina Martis
 Passus, in æternâ pace quiescit ovans!

ANNO.

eXorItVr tanDeM sVaVIs paX aVspICE JesV.

GOTTFRIDUS Gebauer

Pastor in Mundschuis.

Ad

Ad
DN. FRIDERICUM SCULTETUM

Dn. sui Parentis obitum lugentem.

Qui, FRIDERICE, Tibi terris dum viveret olim,
Charus erat Pater, & quem veneratus eras;
Hic etiam, postquam tacitas dilapsus ad umbras,
Mortem obiit, Charus permanet usq; Tibi.
Perpetuum hinc Ipsi monumentum ponis amoris,
Et cineres Patris condecorasse studes;
Ut pote curando funebria carmina scribi,
Ipsam quò maneat posthuma fama senem.
Officio sacrata pio Tu munera prestas:
Sicq; Patri grates, Debitor Ejus, agis.
Et merito sanè! Lex hoc innata requirit:
Atq; suos Pietas sic coluisse jubet.
Laudo probum Mentis specimen! Tu nomen adeptus
Non leve, percipies præmia grata Tibi.
Præmia, quæ longæva Tibi dent secla dierum,
Et bona multa toro perpetuanda tuo.
Inde quies cælo, terris sit Fama superstes
Patri: at Te maneat prospera quæq; precor!

Venerandi senis, Theologi eximii memoriam
Hicse persecuturus Filio relicto Domino
Friderico Amico meo Veteri & Honorando,
Affinitate quoq; nunc mihi conjunctissimo
Optimos affectus perennaturos contestari

LMq; volui, debui

Cælestinus Schröder VratisL.

in suburbio ad S. Salvatorem Ecclesiastes
& Gymnasii Elisabet. Collegæ.

Qui

Qui credit, docet, & vivit BENE, qui BENE transit,
Mortuus & Vivus cœlica gemma DEI est.
Credidit in Christum Senior SCULTETUS, ab arte
Clarus, & in purâ Relligione bonus.
Pectore & infracto docuit sic verba Jehovæ,
Vita ut Doctrinæ convenienter eat.
Esse DEI Servum, huic fuit una & summa voluptas
Fidum; ut eo subeat plebs duce multa polum.
Qui Christum vitâ celebravit & ore professus
SCULTETUS, Christi nomine multa ferens;
Transit in Christo ad vitæ melioris honores:
Et nunc cum Christo gaudia vera capit.
Hic modo bella, minæ, conflictus, scommata, rixæ;
Illic fidereâ pace serena Quies.
Æternum nobis Salve SCULTETE Valeq; ;
Nos mundus, Cœli Te tenet aula nitens.
Circumstant nostros timor & tremor undiq; fines,
JESU, quæ mala sunt, pelle repelle procul,

*Ad contestandam suam erga p̄d̄ Defunctum
Dn. Seniore[m] observantiam, & Amorem
erga Dn. Compatrem, Vicinum &
Amicum à πωγαδβαῖον hac appos. LMq;*

Matthæus Girbigius
Pastor in Wischitz

¶

Sonnet

Sonnet

Auff den Seeligen Abschied
Herrn Friedrich Schulzens /
Wolverdienten Pfarrers zu
Seitendorff vnd
Ränschdorff.

Wiß hieher war sein Ziel. Genung / genug gerungen /
Mein Treuer gar genug! du hast der argen Welt
Verdante Schaar erlegt; den der sein schwarzes
Zintuckeln lüffen hat / den Fürsten auch gezwungen. Belt
Durch deines glaubens krafft: bist milder nicht gedrungen
Durch alles / was dir sonst entgegen sich gestellt;
Mir treu vnd Hold zu sein: Kom / komm du werther
Empfah deine Kron; es ist dir wol gelungen. (Held /
So sagte Gott / vnd nam den fromen Alten hin.
Es ist omb vns zuthun; wil jemand Leid hie tragen /
Der trag' es bloß omb vns: Ihn darf man gar nicht klagen.
Das Er von himmen ist / Ihr Freund' ist sein gewin.
Unß / vnß: doch Ihm sey wol! vnß hat Gott schon gegeben /
Daß den verlust ersetzt / lässe ER den Sohn nur leben.

In Tumulum
Ejusdem.

Si forsitan quicumq; es, hospes, te iuvat
Rescire, quis terrâ prematur hâc, pede
Quam tute non-malo premis; paucis dabo:
SCULTETUS ILLE FRIDERICUS heic jacet,
Summâ beantis qui fide rem dogmatis
Professus ultra jubilæi seculum est.

Non

Non addo plura: Rem beantis dogmatis
Summâ professum dico, clamito, fide.
Quei plura vel per plurimis dici pote?
Tu, si quid, hospes, hæc tenere te iuvat;
Venerare sancti pronus hanc tumbam senis,
Mecum ter optimè precatus Manibus,
Ter optimis, ter & beatis Manibus.

Johannes Maderian
Eccl: in Polgsen & Alten wolau
Pastor

Si Felix, quem Sancta Trias delegit & unxit;
Qui fidei exequitur iussa severa suæ.
Si Felix, sacri cui tempora Muneris ætus
Inter tot grandes vivere longa licet.
Si Felix Natum Patrium qui Nomen, Acumen
Laudibus eximiis æquiparâsse videt.
Quis, Venerande senex, vixit Felicior, Ecquis?
Filius & Munusquem Seniumq; beant.
Ast exantlatus, tandem ut Felicior esses,
Emeritum Coeli præmia Te capiunt.
Ito avibus paribus, Senior nove, limine fausto
Gressa sit & Patrio, Sparta prehensa, precor.

M. Andreas Hempelius,
Ecclesia Wahrensis &
Adjunctarum trium Pastor.

C 2

Ad

Ad piè Defunctum senem.

Cur, Venerande senex, cur Te perijsse putemus?
 Cujus in astriferi mens orat arce poli;
 Cujus & in terris dupla vivit imago Superstes,
 Effigiem referens nomine & ore tuam.
 Imò tuum nomen redivivaq; fama vigeant,
 Dum superant Gnatus, bimulus atq; Nepos.
 Utq; diu superent, similes numerentq; Nepotes,
 Efficiat, vita est qui numerosa pijs.

ex animo vovet
 SAMUEL Kessel.




Nichts hat auf dieser Erden Könen mehr gewünschet werdē/ Auf der ganzen weiten Welt/ Als was Frieden in sich hält. Jeder hat nach ihm getrachtet Alles sonst ganz verachtet / Frieden Frieden stets begehrt/ Bis ihn Gott einmal beschert. Ach wie hält auch nicht ein jeder/ Mund und Herz und alle Glieder Nicht zu den Höchsten Gott Mögen in der Krieges-Noth: Sonderlich der es erfahren/ Und in so viel langen Jahren Von der Grossen Krieges-Wein Müssen stets gequelt sein. Wie nichts desto minder eben/ In dem sehr betagten Leben/ Dieser wolverdiente Mann Können kläglich zeigen an.	Wie die Krieger oftmals kommen Alles haben weggenommen/ Ihn und alle durch daß Hauß Auß gejaget ein und auß: Wie sie auch/ die Hellenbrände/ Haben seine alte Hände Eingeschraubet also fest/ Und das Blut heraus geprest. Ach wie solte nicht vor allen Dem der Frieden wolgefallen? Der also der Krieges-Wein Müssen unterworfen sein? Wie solt nicht in solchen Schmerzen/ Das Gebeth auß gangen Herzen In den hohen Himmel ein Zu Gott aufgestiegen sein? Daß Er wolt auf vnser Lenden Ein mal wieder Frieden senden / Und von vns die Krieges-Noth Wenden/ als ein trewer Gott.
------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Nun

Nun als der so stets im Leben Seinem Gott war ergeben/ Und an dem vertrauten Orth Ausgelegt sein Göttlich Wort: Auch den Frieden hat vernommen/ Und ihn sieht voll freuden kommen; Spricht Er/ Ich wil nun davon/ Gleichet sich dem Simeon: Welcher war voll Freud' und wonne/ Als er sah des Friedens-Sonne. Und den Heyland also mild Jesum auf den Armen hielt.	Denn wie der in vollen Jahren Sagte/ Herr nu läßt du fahren Deinen Knecht in Frieden hin/ So wolt' Er auch von vns zihē. Sagt / Ich bin des Lebens müde/ Wil nun zu dem Himmels-Friede/ Da ohn alle Qual und Pein/ Wird kein krieg noch streit mehr Treuer/ Gott wie Er im Friede (sein. Ist von hinnen abgeschieden / So laß vns auch schlaffen ein / Wenn es wird Dein Wille sein.
-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

Gottfriedt Ortlob von Otteraw
 Käyfl. Zollambts bedinter in
 Schweidnitz.



Ad
 Senis Defuncti
 Filium Superstitem.

Audito, Scultete, secus terrestrè parentem,
 Transcriptum cælo, deseruisse tuum,
 Imbiberam tenui carmen deducere filo,
 Mactatum Manes quo tibi rite darem:
 Phæbum igitur pulsare sedebat emace precatu,
 Felix ut numeris vellet adesse meis.
 Ille gravem mystæ causari ex morte dolorem,
 Prolubium cantûs hinc minuisse suum.
 Ludibrium sperans, fugiebam accedere Musas,
 Usq; suis suctas spernere me abs adytis.
 Aonios tandem non desum accurrere fontes
 Hinc cupidè cupiens nempe levare sitim.

C 3

Natio

Natio sed vatum cantando funere Patris
Omnes, pro! inter-traxerat his animam.
Æstu dum miserè curarum jactor, amica
Aures vox subito verberat ecce meas.
Si tibi Castalios fontes deplere volenti est,
Sculteri nostri limina fac celebres.
Pro Phæbo ergo igitur Musisq; ipsaq; Aganippe,
Tu in funus nobis subijce digna Patris.

DANIEL SARTORIUS.

FRIDERICUS SCULTETUS.

ὁρατε:

FRUCTUS SEDULIS CERTI.

Sedulis servus Domini duobus Matth. 25. 21.
Calicum Regnum datur, & coronat
Sedulos Doctos Daniel Prophetæ Dan: 12. 30
Sidere cæli.

Sedulus Servus FRIDERICUS ergo
Ille SCULTETUS Senior, beatè
Mortuus fructus capiet fidelis
Sedulitatis?

Namq; quinquaginta super fuisset
Tres fidelem annos Domino, & docendo
Sedulium, Noster fuit ut Beatus;
Maxima laus est.

Maximam laudem merito sequuntur
Plurimi fructus. Senioris ergo
Fructibus Certis moneatur omnis;
Sedulus esto.

211

An des Seelig verstorbenen Herrn Vatern

Hochbetrübten Herrn Sohn/

Meinen Hochgeehrten Herrn Schwager.

Wen soll/ Herr Schwager/ ich/ euch oder mich vor klagen/
Was wir für großes Leid jzt miteinander tragen?
Zwar meines ist sehr viel vnd geht mir herzlich nah.
Doch euers trifft mich auch/ vnd steht am nächsten da.
Es ist so lange nicht/ Herr Schwager/ das wir beyde
An vnsern freunden/ ach ich weis kaum was für freude
Vnd Liebe hatten noch: Ach! aber/ Ach! wo sind
Die Freund' vnd freuden hin so kürzlich vnd geschwind?
Sie sind vns schon voran vnd andern nach gegangen/
Vnd warten biß wir auch im Himmel angelängen.
Da ich zum Better dort der Mutter Bruder kam
Den Abscheid vor von ihm zunehmen/ seht so nahm
Er Abschied von der Welt: Ich war kaum aus dem Lande/
Lag seine Witib auch schon in dem kalten Sande:
So muß ich nur von Haus in Leid vnd Trauren zih/
Wie auch ich wieder heim in Trauren kommen bin.
Denn vber diß/ das mir der Wunder-GOTT nicht gönte/
Daß meinen Vater ich hir wieder sehen könte/
(Wie Er mir zwar zuletzt es sagte selbst vor an/)
Das auch in solcher Zeit der einen Ruhmen Man/
Vnd zweyer Bettern Schatz in diesen Todten Orden
Gebracht/ sambt etlichen Geschwister-Kindern/ worden:
So mußte da ich gleich auf meiner Rückreiß war/
Die Große Mutter auch auf ihre Todten Bahr.
Ich konte kaum daheim die meinigen begrüßen/
Die ich noch vbrig fand/ so wird Todt weggerissen
Der Mutter Schwester schon: Vnd diese wird kaum kalt
So muß der Mutter ich die Augen/ (Ach so bald!)
Die Augen/ welche ja so sehnlich nach mir hofften
Mich noch ein mal zu sehn/ biß sie mich heim berufften/

Die


Die muß ich trücken zu. Was dieses für ein Schmerz/
Der so mit hauffen kömt/ daß weiß zu viel mein Herz.
Und doch ist's noch nicht gnung: in dem mir noch vor Ohren
Vor Augen/ vnd im Sinn/ was ich bisher verlohren
Für Freund' vnd freuden hab/ so bringt mir eine Post
Ein ander Neues Leid vnd schmerzlichen Verlust.

* Daß nehmlich durch den Todt Herr Scholze weggenommen/
Der unsre Seule war / zu dem wir dorfften kommen/
Wenn guter Rath gebrach; Ja dessen graues Har/
Exempel vnd Verstand uns Zier vnd Hülffe war:
Und der/ Herr Schwager/ euch auff diese Welt gezeuget/
Und euch mit Gottesfurcht vnd Tugenden gesäuget
Von Jugend auf/ daß wie Ihr seinen Namen tragt/
So seinen hohen Ruhm/ Gott helff! auch Jahr erjagt.
Seht dieser ist auch weg: Wen sol ich denn beklagen?
Ich weiß nicht; kan auch nicht für Leid was weiter sagen.

- a Balzer Körner Phil: & Med: Doctor 3. Maj. 1642. Alt 42.
ß Susanna Körnerin Geböhrne Weißkegeln. 19. Maj. 1642. Alt 32.
γ David Keisel Kaths. Herr in Hirschberg 17. Nov. 1644. Alt 60.
d Val: Süssenbach Bürgermeister in Hirschb. 23. Dec; 1646. Alt 58.
e Martha Keiselin Geböhrne Walterin 3. Dec; 1642. Alt. 63.
ζ Barbara Körnerin Geböhrne Walterin 10. Oct: 1647. Alt 36.
η Martha Körnerin Geböhrne Klöselin 18. Nov. 1647. Alt 72.
θ Anna Lehmgrüberin Geböhrne Pöhlin 13. Jan. 1648. Alt 24.
ι Maria Keiselin Geböhrne Körnerin 18. Febr. 1648. Alt 50.
κ Friederich Schulz Pastor in Seitendorff 12. Jun, 1648. Alt 77.

Saget kläglich
Klaget täglich

David Keisel.



I.

Auff den Seeligen hintritt
Herrn Friederich Schulzens des Eltern / ge-
wesenen Pfarrers in Seitendorf vnd Kätschdorf
drey vnd funfzig Jährigen Predigers.

Schmerz! wöñ! vnd Wunder finds/ die mir Herr Schulserwacht/
Mein Blut nur ist zu kalt sie sterlich aus zu drucken.
Mein Leid/ daß ihn die Gruffe gerufft/ muß ich verschlucken;
Weil wehflag' ohne Safft kein mitberührer acht.
Berrübniß herrscht in mir. Mein Herz ist ohne Macht;
Es schwimmt insähren Flutt/ sind schon die Augen trucken.
Indessen macht mich froh sein Himmel an-entzucken:
Daß Er in stolzer Ruh den rothen Streit verlacht:
Und bey wolfeiter Noth die Jahr so hoch erstreckt.
Das Wunder vnser Zeit hat Wunder vns entdeckt:
Wann/ wie Er satt gelebt/ nicht aber satt gelehrt
Sein Mund an Tag. Als Er den Geist Gott aufgegeben.
Wer kan doch würdig wol des Herren Ruhm erheben?
Der a leben b Lehr vnd c Eh' in langē Tagen ehrt.

a 77 }
b 53 } Jahr.
c 48 }

II.


Den/ der D O T T für dich mit feurigen Beberhen
Und glühender begier/ wenn du gezürnt / getreten;
Den / ach ! hast du Sterben heißen/
Daß Du vns kanst schärffer schmeissen.
Was folgte dazumal für wiedriges beginnen?
Als Moses/ Samuel kaum waren Recht von hinnen.
Israel schlug aus den schrancken/
War nur steif in stetem wancken.
Was hofft ein eisler wol/ der nur sucht sein Versterben?
Wenn so der Heilige/ wie Schulze war / muß sterben.
Soll der Sünder straflos wallen /
Und ein frommer Priester fallen?
Mein. Du versorgest G D T vor andern die gerechten/
Wann daß dein Eyser sich entrüßte mit vns zu sechten:

Bist du Deinern Grim vollzogen
 Über dem / was dich bewogen.
 Nun schaffe ja blasse Furcht sein sat, verlangtes Ende
 Mehr / daß wir Kläglich thun / verkehren Herz und Hände /
 Daß Er uns so gar entnommen /
 Aber mehr was drauf mag kommen.
 Diß besorgen vnter Hertzlichen mitleiden
 seine gewesene Pfarrkinder in Seitendorf
 vnd Kätschdorf.

III.

Ich sah in schwarzem Flor die deutsche Redligkeit /
 Die reue Treu betrübt, das Sinnenreiche wissen /
 Der Himlische verstand / die lissen zähren süßen ;
 Die wahre Gottesfurcht / die sanct in tieffes Leid.
 Diß war kurz / werther Freund / mein yngeföhrlich Traum /
 Der mich in ängsten hilt. Das Herze schliet in Sorgen /
 Ich Traumte wachend fort / biß Morpheus fug vnd Raum
 Zum wachen eingethan. Der Zweifelhafte Morgen
 Verhieß ein trübes Licht. Matuta war zu roth /
 Und Cynthius zu blas. Da hört ich erst verlesen /
 Warumb die Ehren-Zunfft so Traurig doch gewesen :
 Ach ! allzu wahrer Traum ! Ihr Vater / der ist Todt.

Zum Merckmahl so hertzlicher als
 schuldiger Liebe bezeugets
Christoph Hantsche.



MANIBUS
Venerandi Senis Emeriti
Ecclesie Christi Ministri.
DN: FRIDERICI SCULTETI

S.

SERVE DEI, Reverende Parens! (ignoscite Sancti
 Manes, me vobis pauca polse loqui.)

Serve

SERVE DEI, Dilecte Parens! Ecclesia Christi
 Usa tuo longum ritè ministerio.
 Quinquaginta annos, tres insuper, esse Ministrum
 Omnipotentis Heri, grande laboris onus.
 Tale laboris onus tantumq; fideliter annos
 Anolasti totidem, Devenerande Parens!
 Quid Mundi immundi possint, Orciq; furores
 Expertus, varijs innumerisq; modis.
 Quid Satanae armigera ipsa Caro, quantumq; facessat
 Saepè mali, edoctus mille subinde vijs.
 Insidias struxere Tibi, quos fulmine Verbi
 Mandarunt Domini iussa ferire Tui.
 Tentavit sclopis Sicarius, ense, securi,
 Chare Parens, vitæ rumpere fila tuæ.
 Scimmata, sarcasmos & acutæ spicula linguæ,
 Diras, irarum fulmina læva, minas.
 Præmia persolvit mundus sat larga labori,
 Quo bene commisso functus in officio.
 Non tamen ulla Tuam fregere pericula mentem,
 Stare tuo polses quo minus ipse loco.
 Præco manes Verbi intrepidus, Jovæq; Minister
 Strenuus, Exemplum Norma; Sancta Gregis.
 Unde Tibi auxilium adversus tot tela, tot hostes?
 A Domino, cujus Præco fidelis eras.
 Ille tuum firmare animum dignatus abunde,
 Et membris vires suppeditare tuis.
 Vicisti nunc, Chare Parens, Victorq; triumphas;
 Aeterna in Coelis Teq; brabea manent.
 In terris vivit post funera Fama superstes;
 Figantur busto talia verba tuo:
 FRIEDRICUS tumulo hoc SCULTETUS conditur, ultra
 Dimidium Sæcli Voxq; Manusq; DEI.
 Theologiæ decus & Cathedræ, fulcrumq; Sionis
 Et sacrâ Domini fortis in æde pugil.
 Servorum CHRISTI non infima gloria, Gentis
 SCHOLTZIADUM antiquæ splendor, honosq; Senum.
 Conjugio felix terno, Natis Pater octo:
 Emeritus Senior, Vitæ Onerisq; Satur.

Jova

Jova, Juva, ipse mei sequar ut vestig ia Patris,
 Donec in hoc fragili corpore vita viget.
 Da purè doceam Divini oracula Verbi,
 Da, rectè vivam, da moriarq; benè!
 Interea Mundiq; minas, Satanæq; furores
 Da vincam infractus Flaminis ense tui.
 In reliquis quæcunq; meæ, Pater Alme, Saluti
 Commoda perspicias, da mihi, daq; meis!

Hilse pauculis Parentis Desideratissimi,
 deq; se non nisi perquam-optimè meriti
 Tumulum hinc; honorare voluit, debuit
 Filius

FRIDERICUS SCULTETUS p. r.
 Pastor Ecclesiæ Christi in
 Herrn Messschelnig.

Herr Vater / unsre Wonne /
 Vertrauter Kirchen Sonne /
 Ihr seid numehr dahin!
 Wir müssen Euch mit Schmerzen
 Und Kummer vollen Herzen
 Sehn/ zu den meisten zhn.
 Wir gehen tief gebücket /
 Und außser vns entzücket /
 Angst/ Sorgen / Herzeleid/
 Die kommen jzt mit hauffen
 Auff vns herzu gelauffen /
 Nun Ihr verblischen seid.
 Was aber ist zumachen /
 Bey so verwandren Sachen?
 Was G D Z wil/ muß ergehn:
 Wer sich in seine Witten
 Geduldig weis zuhüllen /
 Der kan am besten stehn.

Drumb weil mit vnserm Jagen
 Und vielen schmerzgens Klagen
 Gar nichts ist ausgericht;
 So schlafft in Eurer Kammer
 Befreyt von Noth vnd Jammer
 Bis jener Tag anbricht.
 Den Leib die Erde decket!
 Doch der/ so Todt' erwecket /
 Hat Euern Geist bey sich.
 Wie lange wird es werden /
 So wieder bringt die Erden
 Euch mir/ vnd Euch auch mich?
 Ihr seid im freyen Stande /
 In dem gelobten Lande /
 Wohin kein Unglück reicht;
 Da wo kein Wättrich schnaubet /
 Wo kein Soldate raubet /
 Wohin kein Mörder streicht.

Ihr habt den rechten Friede /
 Lohr mit des Lammes Liebe
 G D Z ohne maß vnd Ziel:
 Wir seuffzen zugelangn /
 Wohin Ihr seid entgangen /
 Wie/ wo/ vnd wenn G D Z wil.

Zu seines Seeligen Herrn Vatern seytem Ehren
 Gedächtniß/ sezet dis wenige

Vicentz Schultz
 Bürger zur Schweidnitz.